Die digitale Landesbibliothek Oberösterreich

oö landes bibliothek

Terms and Conditions

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:
Director: Mag. Renate Plöchl
Deputy director: Mag. Julian Sagmeister
Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek
Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:
Email: landesbibliothek(at)ooe.gv.at
Telephone: +43(732) 7720-53100

gentes. et samaria uirtutem mul-
tam et magnam ad bellandum contra
isrl. Et cognouit iudas et exiuit
obuiam illi. et percussit et occidit il-
lum. Et ceciderunt uulnerati multi.
et reliqui fugerunt. Et accepit spolia
eorum et gladium apollonii abstulit
iudas. et erat pugnans in eo om-
nibus diebus. Et audiuit seron prin-
ceps syrie exercitus quod congrega-
uit iudas congregationem et ec-
clesiam fidelium secum et ait. Faciam mi-
hi nomen et glorificabor in regno. et
debellabo iudam et eos qui cum ipso
sunt qui spernebant uerbum regis.
Et preparauerunt se et ascenderunt cum
eo castra impiorum fortes auxilia-
ri ut facerent uindictam in fi-
lios isrl. Et appropinquauerunt usque
bethoron. Et exiuit iudas ob-
uiam eis paucis. Ut uiderunt autem
exercitum uenientem sibi obuiam dixe-
runt iude. Quomodo poterimus pauci
pugnare aduersus multitudi-
nem tantam tam fortem. Et nos fati-
gati sumus ieiunio hodie. Et ait iu-
das. Facile est concludi multos
in manu paucorum. et non est dif-
ferentia in conspectu dei celi li-
berare in multis et in paucis. quia
non in multitudine exercitus
uictoria belli. sed de celo fortitu-
do est. Ipsi ueniunt ad nos in mul-
titudine contumaci et superbia ut
disperdant nos et uxores nostras et filios
nostros et ut spolient nos. nos uero
pugnabimus pro animabus nostris et legi-
bus nostris. et ipse dominus conteret eos
ante faciem nostram. Uos autem ne timu-
eritis eos. Ut cessauit autem loqui insi-
liuit in eos subito. Et contritus est
seron et exercitus eius in conspectu
ipsius. et persequebatur eum in descensu
bethoron usque in campum. et cecide-
runt ex eis octingenti uiri. reliqui autem
fugerunt in terram phylistiim. Et ceci-
dit timor iude ac fratrum eius et for-
mido super omnes gentes in circuitu
eorum. et peruenit ad regem nomen eius. et
de preliis iude narrabant omnes gentes.
Et audiuit rex antiochus
sermones istos. iratus est ani-
mo. et misit et congregauit exer-
citum uniuersi regni sui. castra for-
tia ualde. et aperuit erarium suum. et
dedit stipendia exercitui in an-
num. et mandauit illis ut essent
parati ad omnia. Et uidit quod defe-
cit pecunia de thesauris. et tribu-
ta regionis modica propter dissen-
sionem et plagam quam fecerat in ter-
ra ut tolleret legitima que erant
a primis diebus. et timuit ne non
haberet et semel et bis in sumptus